



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Officiis, Electionibus, Dignitatibus, Et
Beneficiis Ecclesiasticis**

Coras, Jean de

Colonia Agrippina, 1596

VD16 C 5049

3 Hospitalia, leprosariæ, & alia id genus, an beneficij verbo veniant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63394)

nostra) ex his profundat, restitutioni obstringitur. Arch.c.1.48. distin. Nam vt Hieron. dicebat, Clerico de altari viuere permissum est, non t̄ luxuriari. dict.c.1. At verò posteriora definitionis verba, (propter diuinum officium competens) significant, nos h̄c prophana non tractare beneficia: sed ecclesiastica, quæ solis clericis, c. cum adeò, de rescript.c.ex literis, de transa. & à personis duntaxat ecclesiasticis, non item à laicis, c.nullus, c.per laicos, c.non placuit, c.laicis, & c. si quis principum. 16. qu. 2. nisi ex priuilegio, ca. dilectus, 3. de præben. gloss. d.c.laicis. purè libereque, hoc est omni spe lucri cessante, & quacunque pactione reiecta, ac sine diminutione, ca. vnt eccle. benefic. c. consulere, de simo. c. si quis dator, c. si quis episcopus, & c. si quis obiecerit, 1. q. 3. conferuntur.

CAP. III.

Hospitalia, leprofariæ, & alia id genus,
an beneficij verbo veniant.

SUMMARI A.

- 1 Hospitalia, an beneficij verbo veniant.
- 2 Præceptoriam Rhodienses.
- 3 Hospitalia an exprimenda.
- 4 Literarum iustitia, & gratiæ differentia.

PRædicta autem satis ostēdunt t̄ Leprosarias, & vulgò dicta, Hospitalia (quarum species variæ in iure leguntur) l. illud, C. de sacros. eccles. aliaque id genus, beneficij verbo non significari, Clem. per literas, de præben. etiam si ecclesias annexas habeant, decimasque & alia spiritualia iura possideant. d. Cle. per literas. Atque ideo nec à legato conferri, nec sub nominationibus

- bus comprehendendi, gloss. §. si autem illi, de colla. in pragma. nec beneficijs permutari. gloss. §. item quod vniuersitates, eod tit. Cum laicis committantur, Cle. quia contingit, §. vt autem, de relig. do. viceque tutorum gubernatores eorum locorum administrent, l. orphanotrophos, C. de epis. & cler. obstricti quotannis reddere rationem. d. §. vt autem. Ideoque non beneficium, sed officiū habere dicatur, d. l. orphanotrophos. nisi tamen ecclesiastico beneficio vnita essent. ca. super eo, de præben. in 6. (vnita quippe res & addita, naturam eius cui adijcitur, redolet) l. prædijs, §. qui domum, ff. de leg. 3. l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pig. act. Aut religiosis personis deputata, eisdemque solita in titulum conferri. d. Cle. quia, §. præmissa. Sicuti sunt præceptorix † Rhodienses: que cum non nisi fratribus Hierosolymitanis, atque ita personis ecclesiasticis conferantur: capitulo dudum, de decis. Panormitanus in Rubri. de reg. beneficijs ecclesiastic. annumerari meritò debet.
- 3 Barba. Cle. causam, de elect. Sed & de Hospitali † impetrans beneficium, mentionem facere debet. Feder. Senens. conf. 325. Cum eius expressio Papam retardare, aut saltem difficiliorem redde
- 4 re possit. c. postulasti, de rescr. gloss. d. §. itē quod. Quod accipiendum est in literis † iustitię, in quibus patrimonium quoque exprimi debet. Feli. d. c. postulasti, colum. 2. nam secus in literis gratiæ. Cardi. & Imol. Cle. si de offi. ord. col. 16. de rescr. Fely. c. in nostra.

De pensione. CAP. IV.

SUMMARIA.

1 *Pensio an sit beneficium.*2 *Pen-*